



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

CXI. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Lehnin den Werder Töplitz  
mit allem Zubehör, am 28. März 1318.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](#)

cella Conegundis, soror magnifici principis domini Hermanni quondam Marchionis Brandenburgensis, aliquamdiu possedit, debeat uel debeat plicationes ullo unquam tempore exercere, nisi secundum antiquum modum consuetum iuxta continentiam aliarum litterarum, quibus etiam in hoc alias priuilegiati noscuntur. Et ut premissa omnia et premissorum quotlibet a nobis et nostris heredibus et successoribus iniuiolabiliter temporibus perpetuis obseruentur, presentem litteram super hoc conscribi iussimus et de nostra sciencia pendentis nostri Sigilli robore confirmari. Testes quoque huius facti sunt: Nobilis vir Guntherus comes de keuernberch, Droyseko, Wedego de Wedele, Thidericus de kercowe, Hinricus de Ost, Rudolphus de Lieuental, nostri milites, Hinricus decanus Ecclesie stendalensis, Euerardus prepositus Stolpensis, Segerus prepositus Stendalensis et Hermannus de Luchow, nostre curie capellani, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Soldin in nostra presentia Anno domini Millesimo trecentesimo septimo decimo, septimo kalendas Septembri.

Aus einem Transkripte des Bischofs Stephan von Brandenburg vom Jahre 1443 im Geh. Staats-Archive.

Anm. Die Urkunde war bis jetzt nur aus einer alten Uebersetzung bekannt, die in Schöemanns Geschichte von Werder S. 5 abgedruckt ist. Die Hauptabweichung dieser Uebersetzung von dem obigen Abdruck besteht darin, daß jene die Brüder Slothefo's „Nutger und Gabel“ nennt.

CXI. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Lehnin den Werder Töplitz mit allem Zubehör, am 28. März 1318.

In nomine domini Amen. Ne ea, que legitime in tempore sunt, cum tempore ab hominum memorii elabantur, expedit ea per scripture testimonium reddere memorie sempiterne. Hinc est, quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, tenore presentium recognoscimus manifeste, Quod Monasterio sancte Marie in Lenyn, nec non Abbatii ac fratribus ibidem presentibus et futuris dedimus et vendidimus, vendimus et donamus follempniter Insule Topeliz proprietatem omnimodam ac omnium in eadem existentium, scilicet lignorum, pratorum, pascuarum, piscacionum, cum ligneto ac capturis dictae Insule adiacentibus, cum omnibus agris cultis et incultis, cum omni utilitate, fructu, commodo, judiciis et juribus, sicut nostra erant, iusto proprietatis titulo possidendum, renuncciantes dictae proprietati ac possessioni Insule eiusdem ac omnium predictorum, necnon omnium et singulorum in dicta Insula existentium et ad ipsam pertinencium, licet de eorum aliquo mencio debeat fieri specialis, renuncciatione debita ac follempni, quoad nos, heredes nostros necnon quolibet nostri dominii successores, nichil juris ad dictam Insulam et ad ea, que in dicta Insula sunt et ad eam pertinent, nobis penitus vel nostris successoribus reseruantes. Proinde dicti Abbas et fratres nobis dederunt et complete persoluerunt pro quolibet frusto proprietatis predice octo marcas Argenti Brandenburgensis. Et sunt fructus Insule tocius ad quadraginta quatuor frusta reddituum computata, dictique Abbas et fratres possidebunt dictam insulam cum universis adiacentibus tam pheoda quam precarias et seruicia atque molendinum perpetuis temporibus, sicut nos possumus, pleno iure. Et ut premissa omnia et premissorum quodlibet capiat robur perpetue firmitatis, hanc litteram super eo dari iussimus, nostri Sigilli munimine confirmatam Testesque fuerunt presentes Nobilis vir Gunterus Comes de Keuerenberch, Conradus et Redeko de Redere, Droyseko, Borchardus et Guncelinus de Bertensleue, Heinricus de

Rochow, Johannes de Crochere, milites, Euerardus prepositus Stolpenis, Hermannus de Luchow, nostri capellani cum aliis fide dignis. Datum Spandow Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII<sup>o</sup>. feria tercia proxima post dominicam Oculi mei semper.

Nach einem Transfum des Baccalaureus Bartholomäus Lowe vom Jahre 1442 im Geh. Staats-Archive.

**CXII.** Das Kloster Lehnin kauft zur Erweiterung des Pfarrgutes eine Hufe in Dalchow von den Grafen Gunther, Ulrich und Adolph von Lindow, im Jahre 1319.

In villa Dalchow unum mansum ad dotem appositum et assignatum vendiderunt pro XXIII marcis argenti Brand. et ponderis a Guntero, Ulrico et Adolpho Anno 1319.

Altes Verz. Lehninger Urk. — Gerden VII, 337.

**CXIII.** Herzog Rudolph von Sachsen bestätigt dem Kloster Lehnin das Dorf Schmergow und den Hof Trebegoz, am 22. Januar 1321.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis, Amen. Rudolphus Dei gracia Dux Saxonie, Angarie, Westphalie, Comes in Brene, nec non Burggrauius in Magdeburg, universis et singulis cristi fidelibus, presentes literas visuris seu audituris, salutem in perpetuum, ad gestarum rerum memoriam sempiternam, que per scripturarum suffragia in lucem, ut ab omnibus videantur presentia, revocari (debent). Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod magnificus quondam Princeps Illustris Hermannus Marchio Brandenburgensis et Lusatiae, noster fororius carissimus pie recordationis, dilectis in cristo fratribus in Lenyn, scilicet reuerendo in cristo patri domino Johanni dicto de Belitz abbati et conuentui suo ibidem iusta et libera bona sua uidelicet villam Smegowe et curiam Trebegotz cum omni iure et utilitate cum omnibus suis appenditiis absque qualibet exactione et omni servitio communi et privato pro quingentis marcis minus viginti quinque Brandenburgensis argenti et ponderis vendidit et dimisit, iusto proprietatis et libertatis titulo perpetuo possidenda, secundum quod in dicti marchionis Hermanni Brandenburgensis literis patentibus super his confectis et traditis lucidius continetur: quam quidem venditionem et libertatem nostro nomine et nostrorum heredum omnium, a pie memorie Hermanno predicto marchione fratribus et Conuentui in Lenyn rite concessam et traditam tenore presentium ratificamus ac confirmamus approbando. Nos uero volentes premissos fratres in Lenyn, scilicet venerabilem in cristo dominum, dominum Theodericum abbatem et ipsius conuentum, atque ipsum claustrum uberiori prosequi gratia et favore, sepedictis fratribus et ipsius claustro in Lenyn damus et donamus pariter et dedimus, ad omnipotentis Dei Reverentiam et eius matris Marie virginis gloriose, in nostrorum remissionem ac nostrorum progenitorum peccaminum, tam nomine nostro quam nostrorum heredum omnium, precariam, quam super bona predicta invenimus jacentem, perpetuo pacifice ad habendam et tranquillum, addentes et prohibentes, ut in supradicta villa Smegow et curia Trebegotz nullus aduocatorum nostrorum aut eorundem substitutus aut alius quilibet exactor preciarum nullo unquam tempore precariam, seruitia et onera